



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CXX. De epicheia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



¶ Super Questionem concessimam vigesimam.

**I**n quest. 120. nota primo, qd quid est epicia, seu aequitas, ut Latine loquamur in lingua Latina. Ut enim ex Ethic. patet, aequitas est directio legis ubi deficit propter uniuersale. Dicitur enim in primis directio, quia consistit actus eius in hoc qd est rectificare, & rectum facere opus. Dicitur, legis tam potestate, quam naturalis uniuersalis tamen, & deficit in aliquibus. Dicitur, ubi deficit, ad monstranda propriam materiam aequitatis esse actus illos, in quibus lex deficit. Dicitur, propter uniuersale, quia causa defectus eius ad hoc, ut aequitas habeat locum, non est quacumque, sed sola ista, scilicet si propter uniuersale deficit, hoc est, si ideo deficit, quia qd uniuersaliter statutum est, in hoc particulari casu deficit. Ad quorum pleniorum intellectum scire oportet, quod lex positua continet duo genera statutorum. Quaedam quae uocantur, & sunt iuris positui, quae scilicet a principio nihil differunt, uel aliter statuerent, uel aliter uestiantur, & huiusmodi. Quaedam uero, quae uocantur iuris naturae, seu gentium, quae lex positua magis monstrat, quam statuat. Hae autem quae ad naturale ius spectant, sunt duorum ordinis. Nam quaedam sic sunt uniuersaliter uera, ut in nullo casu deficient, ut non esse mentium, ut non esse adulterium peccatum, & huiusmodi: & in istis, quia deficere nequeunt, nullam locum habet aequitas. Quaedam uero sunt, quae in pluribus rectitudinem continent, in aliquo tamen casu a rectitudine declinant si tententur, ut deposita reddenda esse, rectum est, ut in pluribus. Quia tamen quandoque si redderetur

seipsum, dum bona sua consumit unde uiuere deberet. Peccat etiam in alterum, consumendo bona ex quibus alijs deberet providere, & precipue hoc apparet in clericis, qui sunt dispensatores bonorum Ecclesiae, quae sunt pauperum, quos defraudant, prodige expendendo. Similiter etiam auarus peccat in alios, in quantum deficit in sumptibus. Unde dicitur Eccl. 6. Vir, cui Deus dedit diuitias, nec tribuit ei potestatem, ut comedat ex eis, sed tamen in hoc superabundat prodigus, quia sic sibi, & quibusdam alijs nocet, & tamen aliquibus prodest. Auarus autem nec alijs, nec sibi prodest: quia non audeat uti etiam ad suam utilitatem bonis suis.

Ad secundum dicendum, quod cum de uitijs communiter loquimur, iudicamus de eis secundum propriam rationem ipsorum. Sicut circa prodigalitate attendimus, quod superflue consumit diuitias: circa auaritiam uero, quod superflue eas retinet. Quod autem quis propter intemperantiam superflue consumat, hoc iam nominat simul peccata multa: unde & tales prodigi sunt peiores, ut dicitur 4. Ethic. Quod autem liberalis, sine auarus abstineat ab accipiendis alienis, et si in se laudabile uideatur, tamen ex causa propter quam facit, uituperabile est, dum ideo non uult ab alijs accipere, ne cogatur alijs dare.

Ad tertium dicendum, quod omnia uitia prudentiae opponuntur, sicut & omnes uirtutes a prudentia diriguntur: & ideo uitium ex hoc ipso, quod opponitur soli prudentiae, leuius reputatur.

QVAESTIO CXX. De Epicia, seu aequitate, in duos articulos diuisa.

**D**EINDE considerandum est de epicia. Circa quam quaeruntur duo.

¶ Primo, Vtrum epicia sit uirtus.

¶ Secundo, Vtrum sit pars iustitiae.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum epicia sit uirtus.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod epicia non sit uirtus. Nulla enim uirtus aufert aliam uirtutem: sed epicia aufert aliam uirtutem, quia & tollit id quod iustum est secundum legem, & opponit uel seueritati, ergo epicia non est uirtus.

¶ 2. Prat. Aug. dicit \* in lib. de uera religione. In istis temporalibus legibus quaquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamen cum fuerint instituta, & firmata

non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas: sed epicia uidetur iudicare de lege quoad eam aeternam non esse seruandam in aliquo casu, ergo epicia magis est uirtum, quam uirtus.

¶ 3. Prat. Ad epiciam uidetur pertinere, ut attendat ad intentionem legislatoris, ut Philo. dicit in 5. Ethic. sed interpretari intentionem legislatoris ad solum principem pertinet. Unde imperator dicitur in codice de legibus, & constitutionibus principum. Inter aequitatem inique, interpositam interpretationem nobis solis, & oportet, & licet inspicere, ergo actus epiciae non est licitus, ergo epicia non est uirtus.

SED CONTRA est, quod Philo. in 5. Ethic. ponit eam uirtutem.

RESPON. Dicendum, quod sic praedictum \* est, cum de legibus ageretur. Quia humani actus de quibus leges dantur, in singularibus contingentibus consistunt, & quae infinitis modis variari possunt, non fuit possibile aliquam regulam legis institui, quae in nullo casu deficeret: sed legislatores attendunt ad id quod in pluribus accidit, secundum hoc legem ferentes quia tamen in aliquibus casibus ferre, est contra aequalitatem iustitiae, & contra commune bonum, quod lex intendit. Sicut lex instituit, quod deposita reddantur, quia hoc in pluribus iustum est. Contingit tamen aliquando esse nocium, puta si furiosus depositum gladium, & est repositum dum est in furia, uel in aliquo reoscat depositum ad patris impugnationem. In his ergo & similibus casibus, malum est de reddenda positam. Bonum autem est praetermissis uerbis legis, sequi illud quod poscit iustitiae ratio, & communis utilitas: & ad hoc ordinatur epicia, quae apud nos dicitur aequitas. Unde patet, quod epicia est uirtus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod epicia non deserit iustum simpliciter, sed iustum quod est legitimum: nec etiam opponit seueritati, quae sequitur ueritatem legis in quibus oportet. Sequitur uerba legis in quibus non oportet uitiolum esse. Unde dicitur \* in codice de legibus, & constituta. Nondum est in lege committere, & dubium est in lege committere, qui uerba legis amplectens, contra legislatoris nititur uoluntatem.

AD SECUNDVM dicendum, quod epicia lege iudicat, qui dicit ea non esse bene posita: qui uero dicit ea non esse in hoc casu seruanda, non iudicat de lege, sed de aliquo

lib. 4. cap. 1. non multo post principium, co. 5.

Infra q. 128. artic. 1. ad 6. Et 3. dist. 37. artic. 4. cor. fin. Et 5. Ethic. 1. de 16. Cap. 3. non remota a 1187, 1188.



sed executione opus est. Et hoc bene nocet sapientes in oculis suis, quia etiam que iuris sunt diuini interpretari primum in casu non esse intelligenda & dicunt se vti epicia. Non enim aequitas est interpretari, an in hoc casu seruanda sit lex, sed vbi manifeste lex deficit propter vniuersale, dirigere. Diligentissime quoque notandum est, quod non de quocumque defectu legis, propter vniuersale, est sermo in hac distinctione Aristotelis, sed de defectu obligationis. Dupliciter tamen contingit defectum legis, propter vniuersale, scilicet negativum, vel contrarium. Deficit siquidem lex propter vniuersale negantem tantum, quando accidit casus, in quo cessat ratio legis, ut hoc videtur, quod lex in illo casu non obligat. Si tamen ferretur lex, nihil mali, nisi inordinati committerentur. Verbi gratia. Lex est lex, ut quilibet die sacrificet, ut satisfactio pro peccatis suis, accidit, ut vniuersaliter certe non sit satisfactio, pro peccatis suis, deficit tamen in hac particulari propter vniuersalem. Deficit autem de se, sed non negantem, quia cessat ratio legis in illo, & propterea creditur legem non habere vim obligationis respectu illius: & si legislator adesse certus de hoc, non obligare illum. Si tamen ille legem ferret, nihil mali, nisi inordinati committerent, seruando illam, ut patet de Domino Iesu Christo, qui seruauit circuncisionis legem in seipso. & similiter beata Virgo legem praesentationis in templo. Contrarie autem deficit lex propter vniuersale, quod contingit, in quo non solum cessat ratio legis, sed inique ageretur seruando legem, ut patet in lege de reddendis depositis, si redderetur potestati ad impugnanda patris: & de lege non accedendi moenia ciuitatis, ut de lege non accedendi capi, & alij huiusmodi, in quibus seruare legem esset ad recto denari. Cum igitur propter vniuersale lex deficit contrarie, tunc aequitas directio legis est, ne alij obliqui deducantur. Quia vero autem deficit pure negativum, non spectat ad aequitatem ordinare actus illos, sed seruanda est lex ipsa: quoniam in veritate vim obligationis non perdit ex eo, quod ratio legis cessat propter vniuersale: sed hoc ex natura vniuersalis in humanis operationibus contingit, quod non est quandoque totaliter vniuersale, quin aliquando deficit.

negocio particulari quod occurrit. AD TERTIVM dicendum, quod interpretatio locum habet in dubijs, in quibus non licet absque determinatione principis a verbis legis recedere, sed in manifestis non est opus interpretatione, sed executione.

ARTICVLVS II. Virtus epicia sit pars iustitiae.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod epicia non sit pars iustitiae. Ut enim ex supradictis patet, duplex est iustitia, vna particularis, alia legalis: sed epicia non est pars iustitiae particularis, quia se extendit ad omnes virtutes sicut & iustitia legalis. Similiter etiam non est pars iustitiae legalis, quia operatur praeter id quod lege positum est, ergo videtur, quod epicia non sit pars iustitiae.

¶ 2 Praeterea. Virtus principalior non assignatur virtuti minus principali, ut pars. Cardinalibus enim virtutibus quasi principalibus assignatur secundariae virtutes, ut partes: sed epicia videtur esse principalior virtus quam iustitia, ut ipsum nomen sonat. dicitur enim ab epi, quod

manis, ne scilicet proles fornicariae nata, priuatur tali bono, seu incurrit tale damnum, ut in 3. contra Ge. c. 12. author dicit huiusmodi autem legis ratio potest in casu aliquo cessare, puta, si veritas pars carnalis copulae sit iuris, & diues, & prostitutionem omnem proli necessariam ordinant &c. & consequenter in tali casu licita esset talis copula carnalis cum soluta. Quod constat esse falsum, quoniam essent fornicarij, de quibus dicitur ad Gal. 5. quod regnum Dei non possidebitur. Adimplenda est ergo lex vniuersalis, et si ratio legis cessat in casu aliquo dummodo ad obliqua non ducatur in casu aliquo. Nam si ad obliqua in casu duceret, equitate tunc opus est, ne lex deducatur ad malum: quod est contra legis intentionem. Si vero ad obliqua non ducatur, licet in casu cesset legis ratio, seruanda est lex, quae ex his quae in pluribus inueniuntur, statuta est sic, ut nunquam ad obliqua declinet, ut inferius in quest. 174. art. 2. de fornicatione author dicit.

est supra, & caion quod est iustitiam. ergo epicia non est pars iustitiae.

¶ 3 Praeterea. Videtur quod epicia sit idem quod modestia. Nam vbi Apostolus ad Phil. 4. dicit. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: in Graeco habet epicia: sed secundum Tullium modestia est pars temperantiae, ergo epicia non est pars iustitiae.

SED CONTRA est, quod Philo. dicit in 5. Ethic. quod epicia est quoddam iustitiam.

RESPOND. Dicendum, quod sicut supra dictum est, virtus aliqua triplicem habet partem, scilicet partem subiectiuam, partem integram, & partem potentialem. Pars autem subiectiuam est de qua essentialiter praedicatur totum, & est minus: quod quidem contingit dupliciter. Quandoque enim aliquid praedicatur de pluribus secundum vnam rationem, sicut animal de equo, & bove: quandoque autem praedicatur secundum prius & posterius, sicut ens praedicatur de substantia, & accidente. Epicia ergo est pars iustitiae communitate dictae, tamquam iustitia quaedam existens, ut Philo. dicit in 5. Ethicor. Unde patet, quod epicia est pars subiectiuam

do autem non: sed epicia ad hoc perficitur. Super Quaestiones censura vigesima. Articulum secundum. IN articulo 2. dicitur quod dubium occurrit circa illud, iustitia dicitur prius de aequitate, quod de legali iustitia, & circa illius rationem. Nam legalis iustitia dirigitur secundum aequitatem. Vt namque vniuersum saluum. Primo quidem quia legalis iustitia nobilior est omnibus moralibus virtutibus, ut dicitur in 5. Ethic. adeo quod neque hepterus neque lucifer est ita admirabilis sicut iustitia legalis: ac per hoc per prius iustitia dicitur de legali, quam de aequitate. Secundo vero, quia aequitas non est directio legis, seu regalis iustitiae absolute, sed in paucioribus, in quibus deficit propter vniuersale, ut in 5. Eth. dicitur. Ex hoc autem quod aequitas in casu dirigit legalem iustitiam, non sequitur quod simpliciter & absolute dirigit illam, sed secundum quid tantum: & consequenter non sequitur quod sit nobilior illa simpliciter, sed secundum quid.

In eodem articulo 2. in responsione ad primum occurrit aliud dubium circa distinctionem iustitiae legalis, & aequitatis. Nam male sonat quod iustitia legalis distincta contra aequitatem, obtemperet legi quantum ad verba legis tantum: quoniam in 5. Eth. expressse dicitur iustitia contra iustitiam legalem penes id quod est ut in pluribus, & id quod in casu accidit. Constat autem quod iustitia ut in pluribus non solum verba, sed intentionem attenditur: patet in reddendo depositum, quod pertinet ad iustitiam legalem. Reddit namque quis depositum ut bonam, & iustum seruet, quod est intentio legis.

In eodem articulo 3. occurrit circa illud, Aequitas est quasi superior regula humanorum actuum. Tum quia regula humanorum actuum ut in pluribus, non est inferior regula eorundem ut in paucioribus: aequitas autem est regula in paucioribus, iustitia legalis ut in pluribus. ergo. Tum quia superior regula debet sumi ex superiori causa: aequitas autem & iustitia legalis non sic se habent, quod respiciant duos fines. Superior, & inferior, sed respiciunt eundem finem, ut patet in lege, ne peregrini accedant moenia ciuitatis, & in lege depositorum. Nam finis legis ibi est salus ciuitatis, ne peregrini nocent. Accidit autem casu, quo perdetur ciuitas nisi peregrini accederent moenia, finis aequitatis est etiam salus ciuitatis: & similiter reddendi depositum.

Secunda Secunda S. Thomae. NN 4 positum

Epicia.

Lib. 2. de Inuentione fol. 4. ante finem libri.

Lib. 5. c. 10. a medio tomo 5. Q. 48.

Lib. 5. c. 10. tom. 5.



